



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorvmqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolviones ... quām brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Pretium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

tia professionis, sed ad hoc ut possit probari pro, & contrà, & sic etiam testes coram quibus fieri debet professio, glos. in cap. rursus. in ver. apud Deum, qui Cler. vel monach.

P R E T I U M.

NE quis existimat, primum hanc solum forum exterius respicere, ne dum internum, prout multis in locis hujus operis licet videre, pretia quoque rerum non consistere punctualiter, seu indivisibiliter, verum suam habere latitudinem, hic volui admonere, una enim res potest valere nonaginta quinque pro pretio infimo, centum pro mediocri, & centum & quinque pro rigido: Aristot. 2. Ethic. cap. 6. D. Tho. 2. 2. qu. 77. art. 1. ad primum argum. in fine: Covar. lib. 2. cap. 3. numer. 1. var. refol. Navar. ca. 23. numer. 79. & sic potest intelligi l. in causa. §. idem Pomponius ff. de minor. & c. cum causa, de empt. & vend. &c quod dixi superius in ver. emptio. §. 2. & hoc pro dicendis nonnullis casibus, vel contractibus qui usurarii apparere possent, quive secus, Reverendissimus praefatis poterit deservire, prout e. in civitate, de usur. & Navar. ca. 17. numer. 206. Covar. loc. cit. numero 6. & 7 Et pro evitanda fraude (quantiplurimi) quod satis perniciosum est in conscientiis timoratis, nam pretium semel constitutum praefixum, seu electum, amplius variari nequit. Covar. lib. 2. c. 3. n. 7. var. refol.

P R A E L A T U S.

PRIMÒ Praefati largo modo dicuntur etiam Rectores Ecclesiarum parochialium, sed stricto modo solum qui habent jurisdictionem fori contentiosi, Abb. in ca. ne pro dilatione, n. 3. de panit. remiss. & in c. de multa, n. 61. de præbend. praefati communis usu loquendi, solum vocantur Episcopi, & eorum superiores, & praefecti Ecclesiarum Collegiarum Secularium, vel Regularium, Navar. consil. 6. de filiis presbyt. & appellatione praefatorum veniunt gradus superiorum Religiosorum, ut Priors, Guardiani, magistri, secundum quod diversa sunt nomina talium praefatorum, qui Religiosis praefunt, Glos. in cap. nullus religiosus, in ver. prælaturam, de elect. lib. 6.

Secundò, quando tenetur ad debita, & ad alia onera sui praedecessoris, & ad fructus male perceptos itidem, vide Boer. dec. 204. num. 48. & infra, vide Abb. in c. 1. de solut.

Tertiò, an possit excommunicare aliquem à se conventum, qui declinaret tuam jurisdictionem, dicens non sum de jurisdictione tua, vel non debeo tibi hæc jura, quæ tu à me petis, & super his ostendit instrumenta? Respondeatur negativè, sed causa agitur coram superiori, scilicet Archiepiscopo, si ille esset suffraganeus, vel coram Summo Pontifice, si esset Archiepiscopus: si vero non ostenderit, & quod petitur à Praefato, est notarium, potest tuac. illum excommunicare: Capyc. decis. 1. & 4. numer. 2. c. dilecto, de senten, excomm. lib. 6.

vide

